

suis complicitibus in loco artissimo circumdedit ita, quod manus eius evadere non potest, nisi detentus miserrime vel occisus, et si ^{c)} qui aliter vobis recitaverit, aliorum mendaciis non credatis.

XXVIII (80, fol. 52^v)

Herzog Albrecht von Österreich an den Landgrafen Albrecht von Thüringen: die Kurfürsten wollten König Adolf absetzen und ihn zum König wählen. Sobald die Wahl vollzogen sei, hoffe er die Söhne des Landgrafen mit ihm, ihrem Vater, wieder versöhnen zu können.

Vor 1298 Juni 23.

[M]oguntinensis, Treverensis ^{a)}, Coloniensis, Brandenburgensis ^{b)}, Saxonie, Bavvariensis ^{c)}, hii sunt principes, de quorum consilio rex Romanus eligitur et per quos ^{d)} imperio in procuratore ydoneo providetur. Hii vero videntes dominum Adolfum de Nazzau non imperii protectorem, sed tocius seculi destructorem ideo ^{e)} ipsum destituere intendunt nosque ^{f)} in regem Romanum eligere decreverunt et super eo suas nobis patentes litteras transmiserunt et ideo nos ^{g)} transire Magunciam compulerunt. Quapropter exhortamur nostro ^{h)} honori vestram reverenciam ^{h)} congaudere, quia si in regem electus fuerimus ⁱ⁾, ut speramus, vobis vestros filios in bona concordia volumus concordare. Propterea vestre terre firmam pacem intendimus ordinare.

XXIX (81, fol. 53^r)

Dietrich und Friedrich der Freidige an König Albrecht: sie bitten ihn, da er nun König ist, zwischen ihnen und ihrem Vater den versprochenen Frieden zu stiften und ihnen ihre Länder zurückzugeben.

Nach 1298 Juni 23.

[I]lla verba, que ex ore regalis reverencie procedunt, robur veritatis merito sorciuntur. Hinc est, quod vestre littere nobis directe nostris animis magna gaudia intulerunt, quia nobis fideliter promisistis, [quod], si fortuna vobis faveret, quatenus ^{a)} in regem Romanum eligeremini, inter patrem nostrum reverendum et inter nos pacem et concordiam ordinare, terras eciam nostras nobis violenter ablatas reddere ^{b)} pro-

^{c)} sic

XXVIII. ^{a)} treveriensis ^{b)} brandeguriensis ^{c)} baubariensis ^{d)} quas ^{e)} ideoque ^{f)} vosque ^{g)} vos ^{h-h)} so wohl statt vestro honori vestre reverencie Hs. ⁱ⁾ fueritis

XXIX. ^{a)} so etwa statt domino Hs. ^{b)} redde